



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

S. Petrus igneus, Florentinorum a Simoniaca labe ignis testimonio liberator. cap. XXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

Quibus de causis ab Vrbe Parmensis populo in pastorem postu-  
tus eisq̄ue datus, multis annis populum sibi commissum, omnem-  
q̄ue Lombardiam, Aemiliam, & Aethruriam, pacifice rexit, & tan-  
dem miraculis coruscus in Domino obdormiuit anno 1133. die 4.  
Decembris. *Tabula Vallis Vmbrosæ ad me transmissa. Volaterranus  
anthropologia, lib. 21. & nonnulli alij recentiores.*

## S. PETRVS IGNEVS

Florentinorum à Simoniaca labe ignis  
testimonio liberator,

qui  
*In medio ignis non est aestuatus. Eccles. 51.*

### Cap. XXVIII.



**I**N EO DEM rami ordine sequitur S. Petrus cogno-  
mento Igneus, qui custos ab initio pecoris inter  
Monachos Vallis Vmbrosæ, erat enim illius or-  
dinis religiosus, factus ex uilissimo officio ob  
tutem Abbas Ficeclensis, & deinde ad Cardina-  
latum usque prouectus, signa sanctitatis uana,  
prodigiaque monstrauit. Inter quæ illud maxi-  
mum fuit, quod iussu magistri sui S. Ioannis Gualberti, ut os recede-  
ret Simoniacam labem, quæ Episcopum omnemq̄ue ciuitatem in-  
uaserat, Deo inuisam, ignem in medio succensum, spectante po-  
pulo, nudis pedibus miraculosæ incolumis transierit, Praesulemque  
& populum Florentinum ab hac peste liberauerit, ut ex eius sym-  
bolo, quod est insigne Florentinum, filium scilicet rubrum in car-  
dido clypeo, aperte colligitur. Ab huius rei euentu exinde Igneus  
cognominatus est. *Vita S. Ioannis Gualberti, & alij Neoterici.*